



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

23 Cui debeant bona confiscata applicati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

PUNCTVM XXIII.

Cui debent bona confiscata applicari

- 1 Sub varia distinctione questio resoluitur.
- 2 Confiscati ob haresim penes Pontificem residet applicatio.
- 3 Sape Pontifex constitutiones suas dirigit ad aliquam provinciam, qua tamen leges sunt uniuersales.
- 4 Quid Pontifices in hac restituunt.
- 5 In Hispania si sece regio integrè applicentur bona, & quid in alijs regionibus.
- 6 Debent tamen Principes mandatu Inquisitionum obedire, alias de bonis confiscatis participare non poterunt.

SI de confiscatione lata à Principe loquamur, qualis est ob crimen læsæ maiestatis, & in Castellæ regno ob crimen contra naturam, silico regio pertinent bona confiscata, vt de se constat. At si confiscatio non à Principe, sed ab inferiori iudice facta sit, etiam si fiat de iure communi in quo casu diximus extendi ad bona sita extra territorium confiscantis; talia bona sic extra territorium confiscantis existentia non spectant ad iudicem, seu dominum confiscantem, sed ad dominum loci illius, vbi sunt sita. argument. textus in *l. quicumque, §. vninerf. vers. si quòd si fecerint. ibi. in eius territorio est, C. de hareticis l. fin. C. de bonis vacans. l. 10. l. tutores §. hares & ibi Bart. ff. de admistr. tutorum sic multis relatis testatur de communi Farinacius lib. 1. praxi, quæst. 25. num. 101. Sanchez lib. 1. cap. 20. num. 34. Clarus in practic. q. 78. vers. sed hic quæro. Hoc tamen intelligunt Farinacius, Sanchez, & Clarus, dummodo dominus alterius territorij habeat ius confiscandi aliàs fecus. Nam si caret iure confiscandi, confiscatio applicabitur; quia cessat iurisdictionum consilio, quæ est ratio quare bona sita extra territorium confiscantis, & per ipsum confiscata confiscanti non applicentur. Secundo affirmant Farinacius num. 108. multos referens, & Sanchez supra, intelligendum esse de bonis immobilibus; nam bona mobilia personam delinquentis comitantur, neque territorio circumscriptur, ac proinde confiscanti pertinent, ex text. in cap. 1. §. si index, de vrbis fuorum, in illis verbis. Dominus eius omnia bona mobilia sub sacramento iudici representet, quidquid in contrarium Mediolani sequitur vt testatur Clarus de d. q. 78. vers. sed hic quæro, in fine. Tertio intelligenda est conclusio etiam in crimine haresim; nam etiam in illo crimine non debent applicari bona confiscata existientia extra territorium confiscantis ipsi, sed silico iudicis loci illius; sic Simancas de cathol. iustit. tit. 6. n. 129. Gundissaluis, tract. de hareticis, q. 15. n. 6. & sequens. Decian tract. de crimin. lib. 5. cap. 44. n. 8. Farinacius illa quæst. 25. num. 104. & q. 109. de haresi, §. 12. n. 96. Quarto intelligi, etiam si bona existentia extra territorium confiscantis spectant ad ipsum iure directi dominij, adhuc ad feudatarium non & ad dominum directum confiscantem debent pertinere, vt ex pluribus comprobatur Farinacius supra num. 102. & seqq. specialiter ex Roland consil. 78. à num. 2. v. que ad. 22. volum. 2. quia vasallus infudatus à dominio de micro, & mixto imperio non solum habere debet multas suorum subditorum, quæ meri imperij sunt; vt tradit Bart. & alij in l. imperium, ff. de iuris. dict. om. iudic. sed etiam habere debet confiscationes, & publicationes bonorum, quia ipse censetur quasi procurator fisci in rem suam. Ex ipse nisi crimen ob quod fit bonorum publicatio sit læsæ maiestatis aduersus dominum directum, quia tunc domino directo pertinent ea bona, etiam si extra territorium ipsius sint, in satisfactionem iniuriæ tibi factæ; nisi forte bona illa sint, in feudum, vel emphyteusim accepta à feudatario quia tunc ipsi feudatario applicentur, & vtile dominium cum directo consolidatur ne ex delicto vasalli infudati detrimentum feudatarius patiat, & probat expressè textus in cap. 1. §. illud de prohibita feudi alienat. sic Roland consil. 78. per totum, vol. 2. & consil. 73. vol. 4. Farinacius alios referens, quæst. 25. n. 15. & seqq.*

Aduerto tamen si sententia confiscationis ad bona extra territorium confiscantis expressè non extendere possit tunc superior illius territorij si delinquenti illi subditur ratione originis, vel domicilij nouum processum instituit, & denuo condemnare, & illius vigore bona ibidem sita confiscare: sic ex Boslio tit. de bonorum publicat. num. 75. Nilo de bannitis, 1. part. secundi temporis, quæst. 17. prope finem tradit Farinac. q. 25. n. 201. fine.

Ceterum loquendo absolute de bonis hareticorum in varias sententias Doctores sunt diuisi, cui debeant applicari attentio iure communi: Referam quid mihi verius videtur.

2 Et primò præmittendum est applicationem horum bono um penes Pontificem esse; cum enim crimen haresis Ecclesiasticum sit, & vt inquisitionis §. prohibemus de hareticis in 6. Pontifici compeccat committentes illud punire, siue Ecclesiasticos siue laicos, cap. licet, de foro compet. & ibi glossa: at vna ex penis, quæ aduersus hareticos fertur est confiscatio bonorum. Ergo in illa imponenda constitutiones Pontificiæ seruandæ sunt, præferendæ alijs regijs constitutionibus, si forte contradi-

ca est quædam delicti suspecti, & aculari manifesta probatio, sequitur etiam illius delicti confessio; & si delictum confitetur, illud probatur, sic per contumaciam confessioni sequentem manifestè probatur. Minor verò supradicti delicti per se videtur manifesta: nam licet contumax à die contumacie probatur condemnari vt hareticus ratio condemnationis est delictum haresis, de quo suspectus fuit, & pro quo fuit citatus respondere. Hoc autem delictum non commissi, cum non mouit respondere; sed quando testes deponunt. Item contumacia declaratur hareticus, non tamen declaratur contumacia si non fuerit hareticus: ita enim optimè quod antea hareticus fuerit, sed quia probatum non erat, non poterat iudicari, neque declarari: facta autem probatione ex tunc declaratur hareticus non ad delictum tempore declarationis commissum, sed commissum multo tempore antea extendatur.

Et per hæc factis factum est primo argum. contrario. Ad hoc dico, cum in supradict. text. cum contumacia, dicitur contumacem in causa fidei, velut hareticum esse damnandum, illa pericula velut non denotat similitudinem, sed protestationem, & veritatem: sicuti Ioan. Primo dicitur de Christo: Et in gloria eius gloriam quasi vnigeniti à Patre, illud quod expressum est veritatis, & in causa præfati tradit glossa, & hanc Ioan. Philip. Franc. Ioan. Andr. in suprad. cap. cum contumacia Bellamera decif. 688. num. 27. & alij. Ad tertium nego in primis probationem delicti ortam ex contumacia esse factam probationem: nam licet sit facta confessio delicti, non tamen est facta vera probatio illius; ac proinde non est mirum, si tertio procederet. Secundo concedo factam probationem regulariter non præiudicare tertio, qui si plenum habeat ius, ab illo detrahendum non est præiudicium; sed plenis probationibus, vt vult Ioan. Ripa in c. l. de restit. spoliat. & in l. fin. C. de rei vendic. Et regim. de fidei commissis, art. 4. n. 12. At fallit in aliquibus delictis atrocibus, & specialiter in crimine haresis ob eius gravitatem, & tradit idem Bart. l. ff. de bonis eorum qui morientur, in contumacia, ex text. ibi in primis Bellamera decif. 677. sub. 1. & l. sub. n. 8. vers. neque obstat. Alex. ad eundem Bart. in d. l. eius vasallorum, sub. num. 1. in lit. B. vers. §. limita. Rojas singul. 6. n. 10. l. de probation. concl. 3. 4. n. 34. Cantat. de exec. sent. c. 1. n. 2. l. de quos refert, & sequitur Farinac. di. sp. q. 190. §. 11. num. 42. Aliqua si illa sita probatio heredi in crimine haresis non præiudicaret, neque etiam post sententiam afferre possit præiudicium quia hæc lata contra contumacem, & qui se plene non defendit tertio non præiudicat vt Alexand. consil. 126. in fine, & l. 2. §. in not. consil. 157. num. 4. Roman. consil. 15. n. 5. tradit Farinacius supra. Ad quartum dico non tradi deficientem in probatione canonice curiæ aculari, quia falsus est error, & non canonice postulat vt tradit ibi Abbas, & glossa in solut. 2. in quo casu nullus hareticus tradendus est curiæ aculari. Aliam enim solutionem, quod scilicet probatio per contumaciam sit tantum præsumptiua, & non vera, idcirco contumacem minus puniri debere: communitur Doctores reprobandi, vt videre est in Abbate ibi num. 5. Bellam. decif. 676. sub. num. 4. Alias, vt bene dicit Farinacius num. 44. oporteret dicere neque confiscationem habere locum à die perfectæ contumacie, & lapsus non à die sententiæ, & condemnationis, quod nullus dicit. Ad quintum dico eam citari respondere de fautoria haresis, si factum sit plene probatum, vt capere debet esse citatis, vt patet suspitionem haresis, quam incurrit; quam purgationem si conuictis facere, non solum probas per contumaciam ipsam contumaciam, sed potius ipsam suspitionem; ita vt ipsa suspitio, quæ principio erat leuis, facta citatione transit in vehementem, & perfectæ contumacia redditur violenta; & digna vt ob illam contumaciam tanquam de delicto verè probato damnetur. Neque obstat fautoriam esse haresis in genere, & non in particulari, vt non possit hic fautor vt hareticus condemnari, quia ad hanc condemnationem sufficit errare contra fidem vt diximus in genere, vt ex Bellamera decif. 688. num. 33. & ex Ripa ad Eym. 1. part. quæst. 54. vers. sic. talis tradit Farinac. num. 51. Adde raro fautoriam esse haresis in genere, quia raro fautor haretico, vt sic, sed tali haretico, tali errore effecto: ac proinde illius erroris, cui fauorem præstitit, fautoria dicitur, & suspitio illius haresis est illa fautoria generatur. Ad sextum respondendo, si comparando probas non habuisse culpam in contumacia quod fuit insumus, vel aliter impediens comparat. purgas contumaciam, & infirmas sententiam, si forte lata hæc, quia ex falsa præsumptione fuit lata. At si comparando contumaciam recognoscis, delictum verò de quo fuit vt suspitio citatus negas, non es audiendus, neque ad penitentiam accipiendus quoniam delictum fatetur, & errore abiures, licet si veris rebus de crimine conuictus esses: sic docet Eym. 1. part. quæst. 47. num. 4. Bellam. decif. 688. sub. n. 30. vers. simò

DE
USTRO
ALAO
TON,
II

cant. Confirmitio huius criminalis Pontifici, eiusque ministris conuenit, & nullo modo potestatis secularibus, ut habetur in *suprad. cap. v. inquisitionis*. Ergo etiam applicatio bonorum hæreticorum solum Pontifici, & quibus ipse facultatem dederit, pertinet; quia hæc accessoria est primæ cognitioni, vel potius condemnationi. Accessorium autem iuxta naturam principalis iudicandum est, *cap. accessorium de regul. iuris in. 6.*

3. Secundo præmitto sæpe Pontificem constitutiones suas dirigere ad aliquas speciales provinciales, vel personas: quo non obstant leges sunt vniuersales pro tota Ecclesia; ut constat ex pluribus legibus insertis in corpore iuris, quæ specialibus personis erant directæ. Fateor ergo plurimas esse constitutiones à Pontifice latas in fauorem sanctæ inquisitionis, quæ Inquisitoribus tantum ordinis Prædicatorum, vel Inquisitoribus Italia, vel Lombardia directæ sunt, ut videtur in iis, quas refert *Pegna in fine directæ*. at inde non debet inferri obseruandas non esse ab Inquisitoribus totius orbis; aliis plurima illis prouilegia concessa conueniunt. Ratio autem, quare debeant obseruari & vim legis habere, ea est, quia in *cap. ult. de hæretic. in 6. & clam. 1. §. ult. de hæretic.* cauetur omnes constitutiones, & extraneas contra hæreticam prauitatem editas, etiam si in corpore iuris non continentur, obseruandas esse, & ita notatur optimè *Pegna directæ. 2. p. 158. circa medium, vers. præterea* Farinac. *de hæres. q. 190. n. 173.*

4. His positis Innocent. III. in *cap. v. de hæret. statuit* bona hæreticorum confiscari, & in terris Ecclesiæ, sive Ecclesiæ applicari. In terris verò Ecclesiæ temporariæ non subiectis sive iudicis secularis, etiam si condemnati filios habeant catholicos. Postea verò in *cap. excommunicamus, et 7. de damnatis, eodem §. de hæretic.* supra dictam constitutionem limitant in bonis clericorum, ea non Ecclesiæ sive, sed Ecclesiis, à quibus sibi recepta receperunt, applicentur. Ceterum Innocent. IV. quem sequitur est Alexand. IV. & Clemens IV. in sua constitutione edita anno. 1252. cuius initium est, *Ad extirpanda*. cuiusque meminit *Pegna in suprad. loco. & in fine directæ* & Farinac. *num. 176.* trimembrem fecit bonorum confiscatorum diuisionem: & primam statuit applicandam esse in commune ciuitatis, seu loci, in quo delinquens damnatus, vel bona illius sita sunt. Secundo in fauorem, & expeditionem officij inquisitionis danda esse officialibus qui tunc negotia ipsa peregrinet. Tertio ponendam in aliquo tuto loco, secundum quod dictis dicecetano, & Inquisitoribus, vel Inquisitori videbitur referenda, & expendenda per consilium eorundem in fauorem fidei, & ad hæreticos extirpandos. Neque audiendus est Bursatus, qui *conf. 8. lib. 3.* scriptum reliquit has constitutiones solum in Italia obligare, non extrâ. Item non esse satis authenticas, vel vlti receptas comprobatur manifestè *Pegna. dict. comm. 158. vers. ego verò, & Farinac. quæst. 190. à num. 178.* Illis tamen nullo modo est derogatum constitutione Alexand. IV. edita anno 1260. incipiens, *Descriptio vestra*, de qua meminerunt *Pegna & Farinac. supra*, ubi asserit Pontifex bona publicata, seu confiscata, & in posterum confiscanda, seu publicanda eorum pretium ad opus Romanæ Ecclesiæ conferretur. Nam præterquam quod de casu speciali loquitur, & de parte illa, quæ sive Ecclesiæ applicanda est, siquidem est de bonis hæreticorum in provincia Romana existentium, constitutione Clementis IV. qui proximus Alexand. fuit, trimembris illa diuisioni Innocent. IV. firmata est; quod id ipsum fecit Eugen. IV. in sua constitutione edita Bononiæ anno. 1438. 17. kalend. Februar. quæ incipit, *Sedis Apostolicæ prouidentia*, quam ad verbum refert Farinac. *dict. quæst. 190. num. 178.* Quapropter hæc trimembris diuisioni omnino retinenda est, dum aliud à Pontifice non fuerit statutum: & ita tenet *Pegna dicto comm. 158. post medium, vers. quare ut ad institutum*. Decian *tra crimen lib. 5. cap. 44. num. 2. vers. hodie tamen*. Lælius Zechius in *sum. 1. p. rub. de hæres. c. 11. n. 16. vers. undecima pena*. Aduerto, tamen ut hæc trimembris diuisioni locum habeat, debent domini temporales Inquisitoribus eorumque ministris necessaria pro expeditione officij sanctæ Inquisitionis suppeditare: iuxta constitutiones Innocent. IV. Alex. IV. & Eugenij aliis sanctæ Inquisitionis officio, & Inquisitoribus omnia erunt applicanda; quia cessat ratio quare illa tertia pars dominis temporalibus applicetur: & ita tenet *Pegna dicto comm. 158. vers. cum autem in multis locis*, Farinac. alios referens, *dict. q. 190. n. 185.*

5. Dixi hæc trimembrem diuisionem seruandam esse, dum aliud à Pontifice non fuerit statutum: quod dixi tum propter bona clericorum ab Ecclesiæ in stipendium accepta, quæ non sive, neque Inquisitionis officio, sed Ecclesiis, à quibus receperunt, applicanda sunt: iuxta textum in *excommunicamus de hæreticis*. Tum quia in pluribus locis aliud videtur cautum, quod ex consuetudine factis recepta non leuiter colligitur. In primis enim in Hispania omnia bona hæreticorum sive regio applicantur: & merito; quia Catholicissimus Rex Inquisitoribus, & eorum ministris, abundè suppeditat, & quidquid necessarium est ad promotionem sancti officij, ex suo (si opus est) patrimonio erogat: & ita testatur Couar. *var. resolut. lib. 2. cap. 9. num. 12.* Simanc. *de eccl. institut. tit. 9. n. 732.* Clatus in *pract. crim. §. hæres. num. 11. vers. sed hoc Nauar.*

conf. 2. num. 1. ad fin. tit. de hæreticis. Card. Tufchus *pract. conc. verbo hæreticus concl. 102. num. 15.* Salzedo ad Bernard. Diaz. *c. 11. vers. hæreticus, & vers. quæ quid in opinio*, Peregrin. de *iure fisci lib. 4. tit. 5. n. 31. vers. clericorum*. *Pegna dicto comm. 168. vers. hinc consequitur*. Iacob. de Grassis *lib. 2. decis. cap. 11. n. 13. vers. verum quando Farinac. dict. quæst. 190. num. 188.* & hæc applicationem sive regio faciendam in Hispania affirmat Couar. *suprad.* & Mendoz. in *additionib. ad repet. inquis. verbo diuisio litt. A.* habere locum in bonis clericorum habentium beneficia, quæ non Ecclesiis à quibus stipendia receperunt, sed sive applicantur. In aliis verò regnis alia est consuetudo, ut testatur Farinac. *suprad.* Nam Placentiæ testatur ex Vmbert. Locato in *iudic. inquis. verbo fisci, n. 1. vers. consuetudo*, consuetudinem esse diuidendi bona hæreticorum in duas partes, quarum vna applicetur sive Principis, qui benignissime brachium sancto Inquisitionis officio conferat, & altera applicetur sancto Inquisitionis officio pro eius conferatione. Eandem affirmat cum Burlato *concl. 43. n. 45. lib. 1.* esse Mantuæ iuxta decreta Pontificæ, Mediolani tamen dici bona hæreticorum diuidi æquis portionibus inter sive ducem, Episcopum, & Inquisitorem: teste Claro *pract. crim. §. hæres. n. 11. vers. in hoc autem ducatu*, quem refert Tufch. *pract. concl. verbo hæreticus, concl. 102. num. 16.* Franciæ in ductum esse consuetudinem bona immobilia etiam clerici ad degradationem, vel perpetuos carceres condemnati spectare ad Regem, vel ad dominum temporalem impetium ibi habentem, Mobilia verò Episcopo applicari secundum Oldradum, Rebus. Petr. Gregor. & alios relatos à Salzedo *pract. crim. c. 11. verbo hæreticus, circa finem*, contentur Couar. *lib. 2. variarium. c. 9. n. 12.* Peregrin. de *iure fisci lib. 4. tit. 5. n. 31. vers. clericorum bona*. Sabaudie affirmat ex speciali constitutione Gregor. XIII. edita die 28. Septembris anno 1584. hæreticorum bona diuidi hæc ratione, si eorum valor mille scuta non superauerit, Cameræ, & sive ducali minister applicetur, & altera officio sanctæ Inquisitionis. Quod si dicta bona valorem mille scutorum excederint, omnia applicentur eidem Cameræ, seu sive ducali. Debent tamen duci ministri pro qualibet confiscatione realiter, & cum effectu, & sine vlla mora sanctæ Inquisitionis officio scuta quingenta omnino persolvere.

6. Tandem aduertit & optimè Farinacius *suprad. loco in fine*, ne Principes, & domini temporales, quibus vel ex consuetudine à Romano Pontifice approbata, vel ex illius speciali concessione pars aliqua in bonis confiscatis conuenit, negligentes sint in exequendis mandatis Inquisitorum, aliquo non solum porzione bonorum confiscatorum illis debita priuati remaneant, & indigni reputantur, sed tanquam hæreticorum defensores, & fautores inquiri iure poterunt.

PUNCTVM XXIV.

An excuset hæreticus supradictam pœnam confiscationis bonorum, eo quòd respiciat, vel misericordiam postulauerit.

1. Spectato iuris rigore nunquam hæreticus hæc pœnam vitare potest.
2. Ex misericordia remitti potest, si antequam accusatus, vel denunciatus sit, peniteat.
3. Secus verò dicendum censetur, si post publicata dicta reus misericordiam exposculet.

1. Longissimum esset recensere omnium placita, dicam quid mihi probabilius appareat. Dicendum est ergo spectato iure hæreticum nullo modo supradictam pœnam efficaciter vitare posse; quia hæc pœna confiscationis delicto annexa est, *cap. cum secundum leges de hæreticis, in 6.* Ergo semel commisso delicto pœna hæc excusari non potest. Dices non excusari ab illa pœna contrahenda, at ab illius executione excusari ob penitentiam. Sed contra, quia hæc excusatio, quæ remissio est pœnæ per legem impostæ ex altiori lege, vel decreto Pontifici consistere debebat. An nulli constet penitentibus hæreticis bona confiscata remitti debere? Ergo non sunt illis remittenda ex iuris rigore. At ex benignitate, & misericordia præstat aliquando remittere (quidquid contra teneat Contrad. Brauns *tract. de hæreticis, lib. 5. c. 6. n. 9. & 10.* Nam textus in *cap. v. de hæreticis*, sufficiens præstat fundamentum ad hæc gratiam præstandam. Inquit enim Pontifex: Neque ad eos, scilicet hæreticos, bona eorum vltimò reuertantur, nisi eis ad cor reuerentibus, & abnegantibus hæreticorum consortium misereri aliquis voluerit. & ita tradit glossa ibi. Abbas *num. 2. in 5. notab. Felin. num. 2.* Vmbert. Locato *iudicial. inquis. verbo pœna, n. 10.* Simanc. in *Enchirid. tit. 58. rub. de penitent. n. 4.* Farinacius *quæst. 25. num. 16. & q. 190. §. 6. n. 144.* *Pegna directæ inquis. 3. part. comment. 158. vers. sed cum ex benignitate.*

2. Quòd si roges: quando ex benignitate remitti debeant hæreticis penitentibus bona?

Respondo